



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensio Abbatiæ Imperialis S. Maximini

Zyllesius, Nicolaus

Treveris, 1638

Art. 2. Mala fides quoque præscriptionem impediuit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14268

mutatione præscriptionem sibi inducere, iuris est indubitati. *I. Posſideri 3. §. Al-*
lud quoque ff de acquir. vel amitt. pos. l. 5. C. eod. l. 33. §. 1 ff de usucap. l. 6. §. 3 ff. de pre-
cario. d. l. male agitur C. de Præsc. 30. vel, 40. annor.

Art. 2. Mala fides quoque præscriptionem impediuit.

Deinde ex aliâ causâ malæ fidei, quæ ex scientia rei alienæ probatur, & ex
 titulo illo domi retento, quem quavis occasione inuestiendi occurrente,
 ipsi Archiepiscopi obſeruabant, & practicabant inuestituras impertien-
 do Imperatoris nomine ac vicissim fidem Imperatori non sibi præſtitam reci-
 piendo, funditus eradicator præscribendi facultas, ac in æternum impeditur,
 ipso voto testante, ac Canonistis omnibus ex titulo vitiōſo, vel cuius lectura
 repugnat præscriptioni; vel qui scientiam res alienæ inducit, mala fides ar-
 guitur, quæ præscriptionem in æternum impedit. *Tusch. verb. Præscriptio Conc.*
§ 21. num. 35.

Ac sanè dum considerare incidit, quod adeo manifestum est, Archiepisco-
 pos infeudationes conferre debere Imperatorio nomine, eos ipſos, ut ſic con-
 ferrent impetrâſſe, ac de facto ſemper ita contuliffe, ſimiliterque Imperatori
 non ſibi præſtitā fidelitatis iuramenta recepiffē tanquam Imperatoris Com-
 missarios ac Mandatarios, vti manifestè ex documentis conſtat sub Num. 51. &
 feqq. Et tamen quod poſtea attentatum ſit inuestiendi fideique iurandæ for-
 mat mutare, & talem formam ob oculos hominum in libello euulgare, ſup-
 pressis veris & genuinis titulis, quiſquis iſtius rei author aut uafor fuerit, quiſ
 non admiretur iſtam fidem? *Quis non, vel ex simplici iudicij naturalis lumine*
iſtum, qui ex talibus machinationibus aliorum iura inuadere prætenderet, re-
pellat & ad conscientiæ ſimul ad Dei tribunal remittat?

Itaque hīc ſubſiſtere ſatis ſuperque fuerit; & habet ex nunc voti auctor abun-
 de, vnde in præscriptionis titulo inducendo non angatur.

Et tamen opera pretium fuerit ex abundantia, cætera allegata examinare.

*Art. 3. Non probari poffitionem Archiepiscopi ex eius Di-
 plomaticis, qui in immo ex illis & inuestiendi facto eu-
 denter probari contrarium.*

Putat ex Diplomaticis Archiepiscopalibus probari pro illo poffitionem,
 præfertim ex Conradino & Fridericiano, quæ tamen inualida, ſubreptitia
 nulla, ac nullum effectum fortita fuiffe, nec fortiri potuiffē haec tenus ſuo lo-
 co demonſtratum eſt, nec Diplomaticis Maximilianis, tam anterioribus,
 quam posterioribus, quoad ullum effectum comparanda, quæ ſanè ad poffiſſio-
 nem quoque Maximilianorum probandam ijs ipſis rationibus, quas votum
 ad fert, longè lateq; antecellunt.

Ac quod magis eſt, ex ipſis prætensis Conradino ac Fridericiano probatur,
 quod ante illa poffitionem Abbatia non habuerint Archiepiscopi, qui per il-
 la conquerebant ablatam à ſe eſſe Abbatiam, illam ſibi redi postulabant,
 atqui ablatum non eſt, quod poffidetur, redi item non potest ei, qui po-
 fidet.

Non potuiffē Abbatiam illorum Diplomaticum prætextu, iure acquiri, cor-

itac